terius impugnare ratione eius tituli· qa
non possit hoc episcopus ut dicit Archi
dia· in· c· ordinarii· ad hoc· c· nullit· de ele
ct· li· vi· eius similibus· Licet uideatur
argumentum contra qd nõ· de excep·
cum ecclesia in fi· glo· Si uero consẽ
sit· tunc dicendum est· cp si ille presbi
ter est institutus per episcopũ· et idue
tus in possessionem· et hoc cõstat· tũc
parrochianus· quia negat ius· quia dicit
eum nõ canonice institutum· habet hoc
probare· ex quo constat de facto inter
uenisse auctoritate ordinarii· ff· de p
batio· l· ab eo i glo· ult· ibi posita· et nõ·
de elec· bone in glo· i· ẽ· negatiua tur· Si
uero non constat cp auctoritate ordina
rii fuerat institutus· 2 cp in eum· nec ip
se nec ordinarius cõsenserit· potest pe
tere· cum sua interest ab episcopo· uel
legato· cp ipsum cogat· ut ostẽdat titu
lum· et si non ostenderet· cp ipsum am
moueat· 2 alium preficiat· In casu ergo
nostro cum non constet ipsum fore in
stitutum per episcopum· et sic negatur
factum interuenisse· debet probare se
institutum ab eo qui de iure eõi hoc po
ssit· Nõ obstat quod dicitur cp iste
non probauit se parrochianũ ergo ẽ·
Sed admissus est ut prochianus· et non
debet ulterius quẽri· ut nõ· in dicto· c·
ex parte· d· Non ob· c· uentens· ii· d
testi· ubi subdiaconus probat post litis
contest· se canonice talem ẽ· quia nõ
cogitur ibi probare post lit· contesta·
ut admittatur ad contradicendum sed
ut consequatur confirmationẽ· Nõ
ob· quod dicitur cp patronus qui petit

rem̃ iam rectoratem institutum eo contempto · debet probare se patronum · ut xvi · q · ii · decernimus · ergo iste debꝫ se probare prochianum · Respondeo ex quo aliquis est institutus auctoritate diocesani qui uult impugnare institutõnem or̃dinarie rationē patronatus habꝫ docere se patronum · et sic loquitur · c · decernimus · Sic et in proposito ubi cõstaret de institutione episcopi incũbit prochiano probatio · q̃ non sit canonice institutus · Nec sufficit q̃ sit prochianus · uel q̃ sit parrochianus sit admissus

Non obstat qđ dicitur q̃ uicarius episcopi confirmauerat ꝛc̃ · non enim agebatur · an sit canonice institutus nec ne Sed an fuerit appellatum bene uel male a quadam denegatione copie cuiusdam et pronunciauit male appellatum · Itez sicut ipse uicarius non potuisset confirmare electionem · non uocatis uocandis posito edicto · sic nec potuit confirmationem informare absentibus quoꝝ interest · ubi uero prochianus uel quicunq̃ sit · agat de eo nine cuiuscunq̃ uel criminis · sibi tamen nõbit probatio · et actore non probante ꝛc̃ · Item licet sedm opinionem aliquorum instrumenta post promptorum producta possint iudicem informare tñ in casu nostro nõ refert quia instrumenta producta nec proprietatem · nec quasi possessionem probãt

Dixistis dominico q̃ dum allegarez super isto · ℞ · somniabam dum scripsi sicut dixit michi dominus Bar · i facto suo · credebam per superiora probari · q̃ in articulo isto continentur · Nam supra dict̃ est et probatum · q̃ interest parrochiani scire · quis est prelatus suus qui possit eum soluere et ligare · viii · q · i · licet · et in iuribus allegatis per archidia · de elec · c · i · in prin · li · vi · Secũdo fuit quesitum cui incumbet probatio an prochiano negãti · an presbitero · Dictum est et dico · q̃ si constat eum institutum uel installatum per episcopũ presumitur canonice institutus · et qui sollemnitatem negat interuenisse · hoc debet probare · ex quo de facto cõstat ut in · l · ab ea · Si uero non apparet de institutõne · et sic factum negetur q̃ut dicit se institutum probet se institutum non dico ad petitionem cuiusq̃ sed ad petitionem cuius interest · scilicet prochiani · uel qui pro parrochiano admissus est · et si doceant se institutus per alium q̃ per episcopum presumitur non canonice institutus nisi probet canonicam institutionem · quia de iure cõi ad nullum pertinet institutio nisi ad episcopum l' papa uel legatum ·

Responsio domini Frederici · dum erat scolaris ·

citat ·

Primo queritur nũquid patronus contemptus in presentatione posset prosequi contemptum · Et uidetur q̃ sic · quia regula est · ut qđ omnes tãgit ꝛc̃ · ut de offi · archidia · ad hoc in fi · de reg · iur · qđ omnes cum concor · Itẽ regula est q̃ contemptus possit petere qđ factum est in eo contempto cassari extra de elec · qđ sicut · et · c · bone · i · de preben · cum in ecclesiis li · vi · etiaꝫ si contemptus fuerit latens de elec · uenerabilem · Preterea uidetur casus de his que fiũt a prelatis ea nosc̃itur · Sed diceres illi sunt patroni ecclesiastici · et est ius · Et fortius est ius patronatus · qđ cõpetit laicis q̃ clericis · ut patet in eo · quod legitur et nõ · de iure pa · c · cum dilectus

Preterea uideo q̃ contemptus consilii habet retractare qđ factum est de accu · cum olim · de his que fiũt a prelatis · multo fortius ubi contemptus consẽsus alicuius · Preterea uidetur casus de iure pa · illẽ · ꝛc̃ · ex insinuatione xvi · q · vii · decernimus · ad idem · lxvi · di · c · i · et · viii · q · i licet ibi attestãte populo ne qua · post modũ retractatio fiat · Ad idem · lxiii · di · c · quãto plebs principalis cum tribus capitulis sequentibus · et · c · ultimo · et hoc uidetur tenere dominus Io · de regulari · beneficium in fi · magne glo · li · vi · et de elec · c · ultimo in glo · ii · e · i · Sed diceres ad qd ualet ista cassatio cum ipsi eo presẽte iterum consentiat in eum · So · satis fit iuri · et petitioni actoris · Ad idem qđ nõ · de causa poss · et propte · cum super in glo · ii · ad idem de elec · bone · ii · Item forte patroni sunt damnati ex aliquo crimine · propter qđ amiserunt ius patronatus · Vnde si uellent consentire in eum non possent ·

Secundo queritur · nũquid omnibus patronis presentibus possunt omnes · excepto uno · cõmittere uices suas · dato q̃ non sint absentes · nec impediti · et uidetur q̃ non per id · q̃ cõit nõ · per doctores de elec · qua propter in fi · Sed contrarium uidetur uerius per regulã que habet · q̃ quis potest per alium qđ põt per se · de reg · iur · c · pl'r · cum concord · et qua casus uidetur de appell' · constitus · Non obstat glo · ibi posita p Inno · Nam Innocen · esset sibi contrarius in eo qđ nõ · in · c · constitutus · Ad idẽ qđ ipse et cõit omnes dicunt q̃ illud consilium non habet locum ꝛc̃ · hoc etiã placet domino Io · an · in · c · constitutus · ad idẽ qđ ipse nõ · de elec · sicut in glo · ii · et · c · sicut in glo · pl'r · Hinc est q̃ patronus uariat · Item potest dicere eligo in presentandum · ut nõ archidia · de postul' · c · uno in glo · uidetur q̃ in fi · li · vi ·

Tertio queritur nunquid religiosus datus ad eligendum uel presentandũ sine licencia sui superioris possit eligere uel presentare · Et uidetur qđ non · Nam monachus sine licentia sui superioris nõ potest consentire electioni · Non põt esse fideicõmissarius · Non potest eligere sepulturam · Non potest esse iudex assessor · aduocatus · procurator · Non potest esse arbiter · hec probãtur de electo · si religiosus de testa · c · ii · de sepul · c · ultrõ · xvi · q · i · monachi · ii · a · c · q · uero et · c · presẽtium · ii · q · vii · nullus · Et ut omnia cõcludam michi agere potest · xi · q · i · non dicatis · xvi · q · iii · § · i · et idem spec · in titulo de arbitris · de procura · et de aduocatis · ad idem de postul' · c · ex parte · Item canon dicit monachũ esse seruũ · Inn · di · c · multos · sed seruus non potest esse arbiter uel cõpromissarius · ut · ii · q · viii · § · tria · ℞ · si seruus · Item compromissarius datus ad eligendum dicitur procurator extra de elec · quia propter et · e · ti · c · pl't · li · vi · Sed etiã datum est supra q̃ monachus non potest esse procurator ergo ꝛc̃ ·

Quarto et ultimo queritur · presupposito qđ nũc tertio loco est dictũ · si eligat · anteqũ electio · Et uidetur q̃ sic quia multa fieri prohibentur · que tamẽ facta tenent de regl' · ad apostolicam et in exemplis infra positis · primo de excep · c pia · li · vi · Item per id quod nõ de iudic · c · i · li · vi · in glo · intelligas · Ad idem ff · de procura · l · filius · § · ueterani et · l · ita demum · eo · ti · Item ualet iudicium habitum cum procuratore monacho donec opponitur ut nõ · hostien · de procurator · in nostra · Ergo fuit procurator · ex quo ope exceptionis tantum habet excludi · Item facit sibi contrarius et cõtrabatur compaternitas cum monacho etiam sine licentia abbatis · ut colligitur · xviii · q · i · peruentre · Ad idem xvi · q · i · c · doctos cũ se · Item licet persona sit inhabilis · hic tñ potius cõsiderabimus factum q̃ ius sicut est uidere in sacramentis non ires collatis · ix · q · iii · lugduni · et · e · q · ii · quia episcopus in diocesi · Item in uenditione et donatione ꝛc̃ · ut nõe · ix · q · ii · e · i · non enim refert · ꝛc̃ · e · de · d preci · impera · of · l · uinuersis · Hoc est qđ legitur et nõt · de procura · consulti · ꝛc̃ · Idem archidia · de rescrip · c · i · li · vi · Item pone q̃ aliqui honesti et religiosi uim sine licentia superioris dederunt consilium aliquibus canonicis · nũquid per hoc uitiabitur electio si consilium nõ fuerit requisitũ alias eo non requisito sit cassanda · hoc di · c · pl't · Item pone q̃ quis monachum constituit procuratorem ad matrimonium contrahendum qui suscepto mandato sine licentia superioris contraxit · num quid tenet matrimonium · Item ex spõsalibus non habentibus consensum non contrahitur publica honestas · et tamẽ ex sponsalibus cõtractis a monacho oritur de spon · c · uno · in prin · li · vi · Item procuratorium non dicetur perfectum nisi cum susceptum fuerit · ut proba ẽ expresse de procura · e · iii · li · vi · et ibi d hoc satis per archidia · Sed iuris interp̃

etiã ille ẽ nmq̃ dicitur fuscepisse quia semper fingitur uelle tacere. 2 taciturnitas in procuratore constituendo habetur pro dissensu. ff. de procura. l. filius. §. mutus. ergo si non fuerit procurator non tenet presentatio. Item monachus fingitur mortuus cuius mors ex ulis equipatur morti naturali. ut legẽ xvi. q. i. placuit. Item uidetur casus extra de elec. si religiosus. Nam si in p̃pio facto eius non tenet cõsensus multominus in facto alieno. Item non ualẽ testamentum factũ a monacho quantũcumq̃ sit fauorabile. xix. q. ii. in fi. de donac. c. cum dilectus. Item si monachus remittat uiuenti sibi factaq̃ remissio est nulla. ut nõ. d. sen. exco. parrochianus. Item presentatio non finitur sola electione patronoꝝ. nisi sequatur presentatio coram episcopo. ut probatur de iure pa. c. uno. et. e. ti. c. ul'. et nõ. arebidia. de preben. c. i. li. vi. Cum ergo monachus presens coram episcopo diceret. nomine patronoꝝ presento uobis istum. quem eoꝝ nomine elegi. dicet episcopus ubi est mandatum. et ostẽso mãdato insufficienti repelletur uterq̃ de elec. innotuit in fi. Ad premissa facit de procura. c. penult. in clemen. 2ẽ.

Responsio ad quoddam dubium.

·c·v·

Consueuerunt usitatores fratrum et sororum de penitentia peruisi. de consilio ministrorum. et discretorum eiecre de congregationis cõsortio et de eorum matricula eleuare fratres et sorores eoꝝ. pro grauibus et enormibus delictis per eos cõmissis absq̃ alia monitione preuenta. et de hoc apparent multe sententie late per usitatores in scriptis. Nunc quidam frater dicti ordinis de penitẽtia cõmittit grauc et enorme delictum et non monitus per usitatorem de consilio ministri et discretorum eicitur de eorum congregationis consortio. et de matricula eleuatur. Nunc queritur nunquid talis sẽtentia tenet. Et uidetur q̃ non. quia in regula ipsoꝝ fratrum de penitentia cauetur q̃ contra incorrigibiles. et inobedientes monitio trina preuenat. Dicendum est dicti sententiã tenere. Nõ obstat q̃ trina monitio non preuenat. Nam pena priuatõis expulsionis et remotionis. quandoq̃ incipit a crimine. quandoq̃ a contumatia. Sit a crimine. a sine motione potest imponi. Si uero a contumatia uel in obedientia. tunc ut locus sit pene necessaria. sit monitio. a sic loquitur constitutio. non est intentio respondentis. q̃ absẽs et inauditus expellatur uel priuetur. sed intentio est q̃ non sit necessaria monitio. ut se corrigat de delicto. de quo alias constitit. Pone q̃ homicidiũ sit cõmissum. ad qd fiet monitio. Nam et si corrigere se uellet. nichilominus dignus est amotione extra de penis tue. Nam post penitentiam et correctionem potest quis deici mine accusari. et puniri. xxxiii. q. ii. ad monere. et nõ. de temp. or. c. ultio. Et maxime procedit hoc. quia pluribus ut cibus obseruatum est in dicto ordine. q̃ sine aliqua motione. quis priuatus et eleuatus est de matricula et cõgregatõne fratrum. et obseruatũ est per decennium et plus. et sic inducta est consuetudo que alias preiudicat iuri. extra de consue. cum dilectus. ff. de legi. l. si de interpretatione. et. l. se. 2. ẽ. que sit cõsuetudo. l. i. cum similibus. Valent enim tales consuetudines per quas sine iuris ordine ex leuibus causis religiosi uiri ex suis locis de administratõnibus ãmouẽtur de facto. per tuas. et de accu. qualiter. ii. de appell'. cum speciali. Sed cum frater aliquid leue cõmittit quod non meretur amotionem. sed leui satisfactione posset remitti. tunc si ter monitus non satisfecerit. uel se non emendauerit. uel contumatiam admiserit in non ueniendo. non parendo. non satisfaciendo. uel non obediendo ter monitus non purgauerit. tunc potest expelli. facit ad predicta qd nõ. de iudi. cũ nõ ab homine.

Responsio dñi Frederici de Senis super pluribus dubiis.

·c·vi·

Casus talis est. Quidaꝝ uolens prouidere anime sue asserut dixit et cõfessus fuit domino uicario domini episcopi. stipulãti et recipienti p̃ domino episcopo. et p̃ omnibus et singulis quoꝝ interest uel interesse potest. se teneri pro usuraꝝ. et lucrorum et illicite acquisitorũ restitutione extortoꝝ. tã per se q̃ per predecessores suos quibus successit. 2 heres uniuersal' existit usq̃ in quantitatem. CC. libraꝝ. asserẽs ignorare se quibus restituto dictarũ usurarum. et lucrorum illicitoꝝ fieri debeat. Vnde ipse sollemni stipulatione interposita promisit domino uicario. recipienti ut supra dictum est. predictaꝝ quantitatem pecunie. CC. libraꝝ. soluere. et restituere illis personis. a quibus dicebe usure illicite fuerint habite et extorte. Si reperiri et inueniri poterint habita et premissa inquisitione. per ipsum domnũ epm̃ uel eius uicarium p̃ dictas personas inueniendis alias si in dicta inquisitione inueniri et reperiri non possent tanq̃m pro incertis deberet fieri restitutio illis p̃sonis quibus de iure fieri debet. pro q̃ibus obseruandis obligauit omnia bõa sua. 2ẽ. Quoꝝ bonorum liceat predicto domino epõ sua p̃pria auctoritate possessionem ingredi. 2ẽ. et ea uendere et alienare. 2ẽ. Post hoc prefatus dominus episcopus uel eius uicarius inquisitionẽ fecit de predictis personis. quibus debeat fieri restitutio Et cum per inquisitionẽ ipsaꝝ aliqui nõ reperirentur pronunciauit dictam quãtitatem. tunc fore certã. et taliq̃ incertam pauperibus erogandam. De iure episcopus accepit tenutam de bonis dicti promissoris. Ex premisso themate queritur de infrascriptis. q. Primo an processus dicte inquisitõnis factus absente dicto promissore. uel eius herede et non citato. ut ueniret ad ostendendum uel explicandũ. si quos iuuenire posset. quibus fieri debet restitutio. ualeat nec ne. Et est dicendum q̃ non in ipsius preiuditium. Nam ipsius interfuit uocari ne cogatur idem bis soluere. Nam cum posset pronunciari tũc tum quod potest esse certum. et sic solueret episcopo illam sũmam. et nichilominus postea a parentibus illis quibus debet fieri restitutio. cogetur iterato soluere. ergo sua interfuit. 2 si sua interfuit. ergo requiri debuit. et si non fuit requisitus. sibi res iudicata non preiudicat. quia omnes sunt uocandi. quos res de qua agitur tangere potest. de ma. et obe. inter quatuor. et de testi. uenies. et de re iudi. cum super. et. e. ti. q̃uis. 2 e. sicut. se. abbate. absti. aũt. si omnes. et. ff. de opti. l. nam ita diuus. et de aq̃ plu. ar. l. in concedendo. cum similibus. et istud est uerum per iura allegata. Secdo posito q̃ dictus processus ualuerit. queri. an noceat dictus processus singularibus personis in quas dictus promissor alienauit bona sua. iusto titulo. ante sententiã latam super processu dicte inquisitionis cuꝝ nõ fuerint habiti nec uocati per dictum domnũ episcopũ inquirentem. Et dicendum est q̃ non. secus si alienationem precessisset sentẽtia. ut legitur et nõ. ff. de ex. rei iudi. l. si a te. in fi. maxime si dicti successores singulares. ex suo titulo per decẽnium possedissent. quia tunc prescripsissent contra episcopum. et cõtra omnem creditorem. ut. e. si aduer. cre. l. i. et ii. Tertio queritur posito q̃ episcopus iuste tenutam acceperit. an debitor uel qui in eius locum successerit. possit rem recuperare. soluto debito cũ nõ elapsi sint. xl. anni a die facte supra dicte promissionis. Et dicendum est q̃ sic. e. de distrac. pig. l. si prius. Si autem eidem episcopo rem in tenutam capte dominiũ est acquisitũ siue iure cõsuetudinis siue speciali. tunc non audietur debitor uolens recuperare pignus. ut nõ. extra ut lite non contes. quoniam in fi. Si uero episcopus tamq̃ procurator pauperum assignauit istas res alicui ecclesie uel monasterio. tunc episcopus fũctus est suo officio. et non habet se intromittere episcopus. nec sicut alias. de aliis bonis ecclesiarum. et monasteriorũ subiectoꝝ

ſſx. Sed ſi epiſcopus iſta bona quorum
do nimiũ nomine pauperũ requiſiuit. nõ
dũ aſſignauit alicui loco facile deberet
eſſe in curia optinere ut poſſit illa bõa
recupare promiſſor. ſoluendo et cõuer
ten ſo illam pecuniã CC. libras in eos
uſus quos papa deſignaret. uel etiã mi
norem partem. Si iſte promiſſor non
eſſet ſufficiens. Et multo fortius hoc
poſſet impetrari in curia. ſi epiſcopus
dictas rerum nõdum in tenutã accep
tauꝛ. Ita nunũ queſtionẽ eſſet. Et forte ex
pediret hũ promiſſam ſoluere totam
illam ſũmam CC. librarũ et recuperare
res in tenutam acceptas quia forte plus
ualent illa bona ꝙm illa uſura. CC. lib.
quia cõiter plus conſueunt accipi in tenu
tam ꝙ ſit debitum. Quarto queri
tur ſi ante inchoatam inquiſitionẽ. uel
ea pendente uel poſt factam inquiſitio
nem apparent aliqui a quibus uere. uel
ficte. iſte promiſſor aliquid extorſit ꝑ
uſuras uel alio mo lo illicito. et uelint
docere de iure ſuo. et docẽt de iure ſuo
ſufficienter. et iſte illis ſoluat uel ꝙ ad
illam quantitatẽ promiſſam epiſcopo.
an ulterius teneaꝫ ſoluere epiſcopo et
an recuperare poſſet res acceptas in te
nutã per epiſcopũ. et quid ſi epiſcopus
alt uendidit. et pretium habuit. uel illi
dictas res aſſignauit. Ad primum
dicendum eſt ꝙ ſi apparent aliqui qui
debeant recipere nomine uſurarũ. uel
alias ꝑ uictis male extortis ab epiſcopo
uel alio ſuoꝝ ꝑdeceſſoꝝ. et hoc poſſit
conſtare ſine aliqua collusione coram epi
ſcopo uel eius curia uel coram iudice de
legato. uocato tamen epiſcopo. ſi uult
adeſſe. in iſto caſu non epiſcopo. ſed illis
qui debẽt habere fiet reſtitutio. quã
tumcũꝙ fuerit pronuntiatũ ſuper inqui
ſitione. etiam ſi capta ſit tenuta. et li
beratus eſt ille uſurarius ab illa promiſ
ſione facta epiſcopo. Ratio eſt quia de
iure cõi. et de mente promiſſoris fuit.
ꝙ ꝙ diu poſſent apparere certe perſõe
quibus debet fieri reſtitutio nũqm eſt
iſta intencionis pauperibus de uſuris
eius tu. et de hoc mei. ſicut dignum. §.
reos. ex quo eſt res integra. ueritas re
ũlata. debet preferri opinioni. et igno
rantie. viii. di. ueritate. Ad hoc optie
facit ꝙd legitẽ et nõ. qui. ma. accu. poſ
c. ult. in fi. et melius de ꝓpꝛg. nu. ꝙ. c. ii
et in ſpe. de ſen. exco. §. iuſt. ꝺo aliud au
tem. ad idem de preben. ſi tibi abſenti
li. vi. ꝛ ff. de oper. i. l. manicipiaꝝ. Nã
cum iſta promiſſio epiſcopo facta fue
rat in fauorem illoꝝ qui debebant reci
pere in mediate ſine aliqua ceſſione. ui
erit eis quęſita actio ex iſta ſtipulatiõe
ut extra de uſuris. c. ii. li. vi. Sequitur
ꝙ eis apparentibus competit actio. et
facienda eſt reſtitutio. quia ex finali cue
tu pendeat promiſſio facta epiſcopo.
apparentibus qui uere debent recipere
retro cẽſetur. eis facta promiſſio et nõ
epiſcopo. uel pauperibus. maxime cum
tractent de lucro captando. ad hoc de
fragi. fraterni. in fi. et ff. ad macc. l. i.
et ff. ſi cer. ꝑs. l. proinde. Et illud ꝙd
fuit promiſſum ob cauſam. Veritate
reperta redit ad non cãm. ff. de condit
ſine cauſa. l. i. in fi. et. l. ii. in fi. Itẽ non
debent pauperes. uel epiſcopus maledi
tari uel lucrari. cum altena iactura. ut d
pans ſua. nec bõa fides patitur. ut iſte
bis debitum ſoluat. de reg. iur. bona fi
des. li. vi. cum ſua meteria. Si uero
epiſcopus poſt acceptationem tenute
ſibi acquiſiuit deminũ iure cõi uel ſpe
ciali. nec alicui aſſignauit uel diſtribuit
illas poſſeſſiones. et nunc apparent illi q
debent recipere idem iuris eſt. per iura
ſupradicta. quia epiſcopus ul' pauperes
non debent eſſe in lucro. et illud quod
indebitum debatur eſſe debitum illi epiſcopo. ꝓ
pauperibus redit ad nõ debitum. ut di
ctum eſt ſupra. quia deficit cauſa. diter
minate translationis fide acquiſitionis
et conſequenter translatio habet defi
cere. ar. ff. dele. ii. l. cum pater. §. duleſſ
simis dele. iii. l. nomen. §. fi. et de libe
le. l. aurelius. §. ſticho. et. l. ueſtranus. §
ſi duo. et. l. i. ii. et. iii. ff. de indiẽ. adiec
Et quod in eis nõ. et qd nõ per Dy. in
l. ii. §. fi. ff. d donaci. Si uero epiſcopus
aſſignauit uel diſtribuit illas poſſeſſio
nes alicui eccleſie. uel monaſterio ante
ꝙ apparãt illi quibus facienda erat re
ſtitutio. Tunc cum epiſcopus non fue
rit in culpa. ſi fecit qd debuit contra
eum nulla actio competit. ĉ. de iure de
li. l. ſãctmus. ꝺo. et ſi prefatam. Si forte
competeret contra eccleſias uel mona
ſteria quibus facta fuit aſſignatio ꝛ di
ſtributio per epiſcopum. et conſequẽ
ter facti ſunt locupletiores. quia bñ qui
tractant de damno uitando ſũt prefe
rendi. uel qui tractant de lucro captan
do. ꝛẽ. Item quẽritur numquid epiſ
copus elapſis. xxxv. uel xl. annis poſſet
agere cõtra heredes uel poſſeſſores bo
norum quõdam illius qui reliquit in ſuo
teſtamento. mille libras reſtituendas
nomine uſurarum et iterdictoꝝ lucro
rum illicitorum cũ dẽ extorſione dicta
rum uſuraꝝ non appareat niſi per con
feſſionem dicti teſtatoris. Ad hoc
dicendum eſt ꝙ actio que competit ex
teſtamento. eſt ꝑſonalis. Vel con
ditio que epiſcopo competit per. l. nulli
et. l. ſiquis ad declinandã. et claudũtur
ſpacio. xxx. annorum. ĉ. de preſcripti.
xxx. uel. xl. an. l. ſicut in rem. Et ideo
contra heredes bona fide poſſidentes.
que bona fides in dubio preſumitur ut
nõ. de foro comꝑ. ſi diligenti non com
petit actõniſi probaretur heredes ma
lam fidem habuiſſe et ſcuiſſe uerum.
et crimen defuncti. Quia tunc numq̃
poſſent tueri ſe preſcriptiõe. quia poſ
ſeſſor male fidei. nõ. Et ſic intelligi de
bet de uſuris. c. tua nos. cum ſimilibus
idem iuris eſt. ſi de extorſione dictaꝝ
uſuraꝝ non apparet aliter ꝙm per teſta
mentum. Non obſtat ſi opponeret.
ꝙ ſi actiones competẽtes epiſcopo du
rant. xl. annis ut in aũt. quatenus a ſti
ones. et de preſcrip. de quarta et. ĉ. tri
ĉ. ii. li. vi. quia iura intelligantur de ac
tionibus competentibus epiſcopatui ꝓ
eccleſia. Sed hic nõ cõpetit hec actio
epiſcopo. ut epiſcopo. ſed ut ĩconomo
et adminiſtratori bonorum pauperuꝫ
ut in. l. nulli. et in. l. ſi quis. Qd au
tem heres poſſit preſcribere ubi non
potuiſſet preſcribere defunctus. ut nõ
de reg. iur. cum quis li. vi. De poſſeſſo
ribus uero bonorum. in quos ꝓ ipſum
teſtatorẽ ꝓ eius heredes alienata ſunt
bona non eſt aliqd dubiũ ſi poſſiderunt
per ſpacium. xxx. annoꝝ quia actio per
ſonalis non competit contra ſucceſſo
rem ſingularẽ. ut. l. i. §. ſi heres ad tre
bel. et de fideiuſ. §. tractatũ cum ſimi
libus. et etiaꝫ poterit preſcribitur il
lo tẽpore. ut. ĉ. ſi aduer. credi. l. vi. et. i.

Quod autem quẽritur qd remediũ
ſit huic bono utro. quem res iſta tãgit.
Reſpõdeo ſi epiſcopus ſollemniter fe
cit inquiſitionem citatis citãdis. et poſ
ſeſſiones captas in tenutam ſollemniter
diſtribuit et aliis aſſignauit. tunc nullũ
remedium eſt contra ipſum epiſcopum
quia epiſcopus bona fide fũctus eſt of
fitio ſuo. et non debet ex alieno facto
tacturam ſentire. et probãtur predicta
ff. d his qui nota infa. l. tutorem cũ
ſimilibus. Si uero epiſcopus nondũ aſ
ſignauit. duplex remedium eſt. Primũ
eſt ꝙ procuret in curia romana. ꝙ ſibi
tamꝙm indigenti iſta incerta. que uen
ebant danda pauperibus. ſibi pro toto
uel pro parte aſſignentur uel deputen
tẽ qđ ĝ iuſ ſit facile uel difficile noſcũt
illi qui conuerſãtur in curia. Immo poſ
ſet id fieri cum multis prelatis qui ba
bent priuilegium a ſede apoſtolica. ꝙ
poſſit incerta recipere et ſuper eis com
ponere. Secundum remedium eſt ꝙ
illi qui nunc apparent debentes recipe
uſuras ul' alia lucra mala extorta ab eis
conqueruntur de iſto coram ipſo epiſ
copo uel eius uicario. quia non perpende
ret. quare hoc fiat. uel coram iudice de
legato non preiudicabit epiſcopo ſentẽ
tia ferenda per delegatum. niſi epiſco
pus uocatus fuerit ad cauſam. ut aſſiſ
tat ne fiat colluſio in preiuditiũ epiſ
copi. ne dicatur certum. qđ eſt incertũ
in preiuditium pauperuꝫ. Verum tamẽ
non dubito ut dixi. ꝙ ſi ad illam inqui
ſitionẽ non fuit uocatus heres. ꝙ fuit
proceſſus nullus. et quicquid ſecutum
eſt ex eo uel ob eum nullum eſt. ut. l.
in concedendo. ff. de aqua plu. arcen. et
ff. de re iudi. l. de unoquoq̃ cum ſimili
bus. Item non eſt tranſeundum ſile
tio. ꝙ ſi iſte debitor. qui talem promiſ

ſtinem fecerit epiſcop⁹ fuerat condē
natus in curia epiſcopali ex perſona ſua
uel ſuorum predeceſſor⁹ nomine uſura
rum uel altor⁹ lucror⁹ illicite extorto
rum uſq; ad quantitatē promiſſa ep̄o
in iſto caſu iſte tutus eſt faciendo fidē
de talibus condemnationibus et ſoluti
onibus eap̄. Iſtud patet uerb̄ per ſe aē.

C. vii.

Omne frāciſce infraſcrip
ta materia eſt ueſtra non
mea quare cū facultas ob
tulerit aliquid reſcribatis

Vulgare eſt iſtor⁹ latinorum q̄ luenfa
ciunt ligna mina et alias res quas flumi
nis impetus impulit i agros eor⁹ quod
mihi non uidetur uerum niſi habean
tur pro derelicto. Nā inuento quē te
nent qui ex ruina incēdio uel naufragio
rapuerit uel receptauerit ut ff de in
cen rui nau per totum tituli niſi illas
recolligeret ut uero domino reſtituat
qua tunc dolo caret ut eod ti l iii g
non ſolum xo ſed aditum eſt. Item in
uento poſſeſſore tenet ad exhibendū
ut in l celſus g ſed ſi ratum ff ad ex
hi et ff de incen rui nau l ratis. Item
inuentō q̄ dominus poſſit repetere ru
dea ſi uult cauere aē ut ff de damp
infec l ptor g unde queritur ad idē
autē nauigia cum ſimilibus ad idem
ne quid in lo pub l ii g ſi ex fundo. Si
autem habeatur pro derelicto ſtatim fi
at occupantis ut ff pro derelicto totū

Sed quo ſcimus dominū habere ta
les res pro derelicto. Leges uidentur
dicere cum tales res abiciat Sed in caſu
noſtro non abiecit ſed ruina eas pdidit
ut inſti de rer̄ di in fi a ſic in caſu no
ſtro non uidentur derelicte nec uide
procedere uſucapio ut e ti ſi quis mer
ces. Et maxime ſedm canones ſecūdū
quos ſemper requiratur bona fides ut
de preſcrip e ingillanti et e ult. Quid
ergo faciet ille in cuius agrum uis flumi
nis lignamia et uegetes duxit cū agris
noceant nec ea poſſit lucri facere ut di
ct in eſt ſupra nec ſciunt domini illa
rum rerum. Videtur poſſe dici q̄ per
iudicē fiat proclamatio in locis uicinis
ut illa res tollatur infra certū terminū
alias ex nunc pro derelictis haberi uide
antur ut in l pretor in fi ff de damp
infec maxime ſi res ſunt unſes. Ex cau
ſa nanq̄ expelleretur aē ut nō in l unt
ea e ut uento inutus Hic enim ſubeſt
cauſa qua nocent iſta rudea agris uici
norū. Securior tamē ita eſſet q̄ poſt
alīq̄d tempus poſt dictam proclamatio
nem uenderentur dicte res et pauper
bus erogarentur de uſuris cum tu cum
ſimilibus.

Reſponſio domini Franciſci ſegum do
ctoris ſuper premiſſis.

Non eſt dubitatio d iure noſtro q̄
talia illata impetu fluminis nō concedū
tur occupantibus immo furtum cōmit
tit qui tales res occupat ut allegatis
iuribus et ff de acquir re do l quo
ciens g fi et eō ti l iq̄cūq̄ Nec ius p̄
ſumit q̄ habeantur pro derelictis niſi
per qualitatē et tactus uel aliter de vo
luntate domini appareat cum nemo p̄
ſumatur tactare res ſuas ut l falſis g
ſi tactum ff de furtis et nōt in l qua
ratiōe in fi et in l ii g fi ff ad le ro
de tack et l q leuande in prin ad l ro
de tac. Et quia titulus pro derelicto in
eis deficit dicitur lex q̄ non uſucapiū
tur ut l ſi quis merces ff pro derelic
Et conſuetudo cōis q̄ occupans lucri
facat uidetur expreſſe reprobata per
legem ff ad l ro de tac l deprecatio
et ibi nō in glo Et licet tibi loquatur d
rebus tactis cauſa nauis leuande tamē
uidetur iſtis flumine ablatis idem cū
parum differunt ab illis tactis ut dicit
tex inſtitu d rer̄ diui in fi et multo
magis in iſtis raptis impetu fluminis
cum non interueniat factum hominis
ſicut in tactis. Sed nunc remanet quef
tio quid haberet dominus fūdi facere
in quem appulerunt res tales illate. Et
ſatis uidetur q̄ ſufficiat denūtiare do
mino q̄ tollat uel pro derelicto habeat
ut dicta l pretor in fi ff de damp in
fec et ex quo dominus uel altus pro eo
non apparet uidetur ſufficere libellum
publice proponere. Sicut in ſimilibus di
cit lex quando debet fieri denuntiatio
alicui et non apparet dominus uel alius
pro eo. Nec certum eſt domicilium
ſufficit libellum palā proponere ut ff
de damp infec l iii g tociens et ff g
ex ca in po l hec aūt g i et ff de ānā
except l ii Et ſi infra tempus ſtatutum
a iudice ut tutius puto non fuerunt al
leuate tunc pleno iure accipiat ar ē di
tur do impe l i et ff de iur delt l i
in fi Et ſi non uult conſeruare et fun
dum ſuum impeditū uult euacuare p̄t
procere ar ff de pert et cōmo rei uē
l i g licet et de actī empt̄ l ſi is qui

Crederem tamen q̄ ſi dominus ta
ceat nec per ſe nec per alium uadat alt
quid perquirendo q̄ uideatur eas pro
derelicto habere et occupāti concedā
tur. Et uidetur tex innuere ff ad l
ro de tac l qui leuande in prin. Videt
enim illa lex ſtatum ſibi neceſſitatē im
ponere pro querendo res amiſſas alias
ſi taceat prima preſumptio que erat
q̄ non dimiſerit derelinquendo tollit
per ulteriam negligentie non perquirē
do ad iſtam materiā facit ff de furtis
l falſis g qui alienum et g ſe Ex qbus
g oſti ſumpſit glo quā poſuit extra
de elec dudum ii in prin ſuper uerbo
aliena.

Conſilium Frederici.
C. viii.

Vnctus queſtionis talis ē
Appellatum fuit a ſenten
tia diocesani uel eius locum
tenentis ad dominū papā
Benedictum xii et appoſtolicā ſedē.
Per iudicem a quo ſtatuta fuit dilatio
dicto appellanti et ad dictam appella
tionem proſequendā quinquaginta die
rum. Occaſiōe cuius prefatus appellās
conſtituit procuratorē ſuum ad eund
et iter arripiendum ad Romanā curiā
et ad comparaudum pro eo et nomine
dicti appellantis corā dicto ſummo pon
tifice et ipſius et Romane curie iudici
bus auditoribus et officialibus quibuſ
cunq̄ et ad impetrandum ab eis ſuper
et in dicta cauſa appellationis unum et
plures iudices de ciuitate et diocesi ap
pellati et appellantis et ad conuenien
dum de ipſis iudicibus prout poſtulat
ordo iuris et ſtilus dicte romane curie
requirat et dicat et ad omia alia et ſin
gula facienda que ad predicta fuerint
neceſſaria et etiam oportuna. Qui p̄
curator ſic conſtitutus iter arripuit et
i dictam dilatiōem proſecutionē dic
te appellatōis repreſentauit in Roma
na curia coram domino auditore contra
dictarum et elapſa dilatione quinqua
ginta dierum per duos uel tres dies ap
paret q̄ predicto appellanti fuerunt cō
ceſſe littere apoſtolice tres iudices cō
tinentes qui dictā cauſā deberēt cog
noſcere et ipſam cauſam fine debito
terminare nulla facta mentione in dic
tis litteris de dilatione aſſignata ad p̄
ſequendum appellationē predictā Mo
do queritur utrum prefatus appellās
fuerit dictaq̄ appellatōis legitime proſe
cutus Et an poſſit in cauſa appellatōis
predicta per dictos iudices ipetratos
de iure proceedi. Viſis et examinatis
iuribus utriuſq̄ partis ſuper premiſſis
Primo querendū eſt an procurator fu
erat ſufficiens Secūdo an ſatiſfecerit
termino ſibi ſtatuto. Tertio a ultimo
an debuerit facere mentionem de ter
mino ſtatuto. Ad primum dicendū
q̄ ſi in procuratore ad proſequendum
appellationē ſatiſfecit aſſignatōi ter
mini ſi uere eſt ibi ſicut ſuperius conti
netur tunc ſi appellationi non fuit de
latum per iudicem nec appellatio fuit
per partem aduerſam approbata ſuffi
cit proſecutio facta ſicut ſupra in pun
cto continetur ut probatur in duabus
decretalibus ſimul iunctis de app nico
lao et e ſepe. Nec eſt neceſſe q̄ corā
papa compareat ſed ſufficit coram au
ditore deputato ſuper impetratione
litterarum ſicut eſt auditor contradic
tarum qui auditor ordinariam habet et
facit quo ad hoc idem auditorium ſeu
conſiſtorium cum papa ut dicunt Gof
fre et hoſti et guil in ſpecu de offi
ord in prin et Io andre recitat in e
auditor de reſcrip in clemen. Nec eſt

ista causa que de sui natura debeat tra
ctari i curia nec compellitur iste aliter
prosequi causam i curia sed sufficit q̄
se representet in termino quia ad pro
sequendum habet annū a iure et ita et
am nō. Ber. in. c. cum sit romana. de ap
pel. et Guil. in spe. de app. §. nunc bre
uiter. ℣ Item pone. Per premissa pa
tet q̄ procuratorū fuit sufficiēs et q̄
sufficienter facta fuit presentatio et
prosecutio. Restat de tertio. s. an
in impetratione debeat fieri mentio d
termino statuto. et assignatio ad pro
sequendum appellationē. Dicendum
est q̄ non tenetur facere mentionē ex
quo post terminū impetrauit. quia hoc
non reperitur iure cautū. et quia satis
factum est termino assignato per solā
compationem et presentationē factam
coram auditore per cuius manus trāse
unt littere de iustitia. Sed si ante ter
minum parte absēte fieret impetratio
non ualeret impetratio. non facta men
tione d termino. quia uidetur facta in
fraudem. et preuenta est diligentia ap
pellati. et iste est casus de appel. sepe. 2
c. ex insinuations. et sic intelligitur. c.
oblate. e. ti. q̄d. e. totū loquitur. q̄n do
ante terminū siue iuris siue hominis fac
ta est impetratio. ut colligitur ex tex
distinguente in quo casu ibi terminus
preuēnatur. et ex glo positis in. c. sepe
et. c. oblate. et melius. e. ti. personas in
glo. ii. Et predicta maxime sunt uera.
si pars aduersa per se uel per suū procu
ratorem fuit presens tempore impetra
tionis. q̄d presumitur si sunt tres iudi
ces impetrati ar. de offi. dele. c. ultimo
in prin. Nam si fuit presens. cessat cau
sa fraudis et circūuentionis et uidetur
consentire impetrationi. ex quo suum
iudicem dedit. et appellans alium. et cu
ria terciū. ad hoc. de re. eccle. nō alie
. c. si quis cum sua glo. Ego Fredericus
suprascripta scripsi. et prout supra cō
tinetur. ita credo et cōsulo. in cuius rei
testimonium me subscripsi. et sigillum
meum apposui consuetum.

Consilium Frederici.
C. ix.

Vestio magis colligit ex
allegationibus. In qua ma
or dubietas uertit. q̄ non
fecerit residentiā. post con
stitutionem. et admonitionem ep̄i ap
pertissime probatur. Sed dicitur q̄ di
ctus dominus franciscus non debet pri
uari propter rationes in scriptas. Nā
propter absentiam nemo priuatur. nisi
canonica monitione premissa de cleri
non resi. c. inter quatuor. et. c. ex tue.
et. c. clericos. At iste nō probatur mo
nitus. uel nullomō. uel saltem nō modo
quo debuit. Item aut iste erat in certo
loco unde citari poterat. et tunc prela
tus eius debet eius legitime monere. ut
ad suam rediret ecclesiam infra tēpus
competēs. Aut nescitur ubi sit. et tūc
citationis edictus apud eius ecclesiam
debuit publice proponi siue promulgari
alias lata sententia priuationis non ualz
ut plene nō. Ber. ut lit. non cōtes. quo
nā in glo. De hac absentia nōt Innocē.
et Hostien. de cleri. non resi. ex tue.
sed nullum istorū interuenisse proba t̄
Nec obstat constitutio ep̄alis. quia per
eam nichil aliud quā ius cōe statuitur.
ut legenti bene patet. ¶ Nec uales
si dicatur. q̄ trina monitio que in alias
antecessit. in hac intelligitur repetita
Quia planum est tum quia diuersi
sunt articuli in cōnexi. et independen
tes. Et est ratio quia q̄d de uno dicit
de alio non est necesse intelligi. de con
stitutione translato. cum similibus. tamen ga
in prima constitutione perfectam men
tionem. in secūda replicauit sedm. hoc
plentus tacuit et facit decre. in audien
tia de dect. et que nō. archi. et Io. mo
de elec. in generali. li. vi. Immo et si cō
cederet. q̄ monitio repetita uentret
q̄d nego. non esset sedm iuris ordines
ut plene patet. Et plus dico. q̄ si proba
ta esset absentia et monitio generalis
que tamen non est. apparet eum licentiā
am habuisse ab eo qui potuit per cuius
mortem nō intelligitur reuocata. ut nō
archidia. de elec. licet canon. et q̄d nō
e. ti. nemo. et. c. cum ex eo. li. vi. Nec
obstat q̄ statuto termino instrumētū
licentie prōductum non fuit. facientes
nō. per Io. an. de. ℣. sig. sepe in clemē.

Visis allegationibus suprascriptis
multum prudēter scriptis. Et uisa qua
dam episcopali constitutione annexa
aliis cōstitutionibus que incipit omnes
et singuli prelati. ac. in qua precipitur
beneficiatis ut residentiam faciant in
suis beneficiis. ac posito pro constanti
q̄ prefatus dominus Franciscus resi dē
tiam non fecerit. non solum aliquoz di
erum. sed mensium. et absentia suam
ante conclusionem cause non excusabe
rit. uidetur dicendū ipsum posse priua
ri per sētentiā suo benefitio predicto.
Nam allegatiōes sunt intelligende quā
do monitio hominis uel iuris nō proces
sit. Sed in casu nostro ipse uel alii prela
ti intelliguntur monuti et precepti ab
illa constitutione. Sicut ergo post mo
nitionem hominis non residens iusta cā
cessante priuari potest. Sic post mon
itōem iuris. Sed diceres uerum est ubi
statutum moueret. sed hic non mouet
ut ex sui serie patet. Ad hoc respō
deo q̄ cum ista constitutio continue
tur precedentibus intelligitur repetita
monitio. quia talia sunt subiecta. qualia
predicata permittuntur. ff. de. ℣ ob
li. ticia. et. xxxii. q. vii. apostolus. Item
si hoc dubium esset debemus interpre
tari. sedm q̄ ē uerisimilius. ut plerūq̄
fieri consueuit d reg. iur. Inspicimus in
obscuris. Sed plerunq̄ fieri consueuit
q̄ constitutiones ut tam et mores cleri
coru reformantes. eduntur cum mo
nitione. Preterea istud est notādū
q̄ siue institutione sit uerbum moneo.
siue precipio siue equipollens talia pre
cepta edita loco trine monitionis habē
tur exemplū. nam trina uel una perem
toria citatio requiritur ut quis possit
excomunicari ab homine. de sen. excō
sacro. et. ē. ti. c. constitutionem li. vi.
xxxvi. q. iii. de illicita et nō. de proba
quoniam in glo. que continetur. Et tū
si aliquis excomūnicatur a lege. sufficit
uerbum precipio. uel prohibeo. ut pat
de sen. excō. a nobis. de leca. c. i. et de
cōsti. c. ii. li. vi. et de ui. et ho. cleri. c. ii.
in clemen. de mente curandū est. nō de
uerbis. de uer. sig. in bis et nil refert
quid ex equipollentibus fiat uel dicat
extra de testi. licet ex quadam Istius
smie est Hostien. et Io. an. post eum ne
cleri. ul'mo. c. ii. in fi. Nec est uerisimi
le q̄ talis. et tātus episcopus uoluerat
solum innouare. et reiterare cōe ius. si
uoluerat supplere negligentiam ep̄oz.
et per. l. mortuam monere. quos ipsi et
sui successores monere interdū non cu
rassent. uel sic de facili non potuissent.
monere ex q̄ utilitate enim et ex eo q̄
quis facere consueuit sermones et ges
ta sua presentia. et futura recipiunt in
terpretationes. ut de presump. manda
ta. et. c. penul. ff. de pig. acti. l. uel unt
uersoz. et de usuris qui semisses sicut
enim fatuus fatua. et in anima loquitur.
xcii. di. legimus. Ita prudens ea q̄ fūt
prudentie. Cum enim lex debet eē uti
lis et necessaria. nu. di. erit aūt. quā uti
litatem sequimur si solum ius cōe cōti
neat ut quid mēbranas occupat. xix.
di. c. i. facta non uerba queramus ex le
ge. ē. de bo. que li. l. ulti. §. ubi de elec.
cō missa. li. vi. Preterea gs dubitat
q̄ minus uidetur importare uerbū mo
nere q̄ petere. i. q. i. sic in prin. et nō
Compo. d rescrip. constitutus. cum er
go constitutio mouens artat quātoma
gis constitutio precipiēs uel prohibens
quod est ꝓprie officiū legis. ii. di. i fi.
Premissa habent locum quando consti
tutio nō imponit penam ipso facto trās
gressoribus. Sed sententia hominis re
quiritur. Sed quando imponit penam
ipso facto. tunc non requiritur senten
tia puniens sed declarans ut patet de
homici. c. i. in fi. et de bereti. c. penult.
in fi. li. vi. que declaratio fieri debet p
te citata. ut patet de. ℣. sig. in bis et
nō. de censi. c. ult. in clemen. Sed reco
lendum est de iure nouo uidetur q̄ nō
residens in ecclesia prochiali curata ip
so facto sine monitione sit priuatus ut
sic sola declaratio restat per iudicem fa
ciendā. ut patet de preben. exstirpande
ē. quiero et hoc tenet. ibi. ber. Sed
Inno. et. hosti. dicunt ibi q̄ necessaria

est mōitio hominis a ubicunq; pena adi
citur constitutioni negatiue · et sic ui
dentur contradicere huic q̄ supra scrip
ta sunt · Sed certe non contradicunt ·
Nam constitutio de cuius uiribus trac
tam is · non imponit penam ipso iure ·
Item nec est negatiua · sed est affirma
tiua quia precipit q̄ clerici residant
sub pena iuris · Item anteq̄ priuentur p
sententiam · cognoscetur an iustam cau
sam habuerint non residendi · Instru
mentum aūt licentie de non residendo
po t conclusionē producitur · parte cō
tradicente nō prodest · de fide · instru
cum dilectus · Non obstat q̄ sedm opi
nionem aliquoz instrumenta possunt
produci infra terminū peremptorium
quia posito q̄ illud sit uerum · tamen il
lud habet locum ante cōclusionē · et sic
loquitur glo · que allegatur pro alia par
te · extra de · xō · sig · sepe · ad fi · in glo ·
ubi ergo · in clemen · ex quo presumitur
q̄ per statutū iste itelligitur monitus
et absentiam suā non excusauit · et bn̄
fictum suū non est curatū · nō est nec es
saria sententia priuationis sed declara
tionis · qualiter priuationē incurrit per
§ · qui uero · nō · Innoc · et Io · an · Addi ·
Ex premissis igitur consulo ego Frede
ricus de Senis · Istum dominū Francis
cum posse priuari licet ab homine mo
nitus non fuerit · si iustā causam ante
conclusionem non ostendit · In cuius rei
testimonium sigillum apposui cōsuetū ·

C · x ·

Asus talis est · Martinus
tenimentum suum in quo
erat nemus · viii · annorum
agetis tam seminatis de mē
se tanuarii · locauit sempronio hoc acto
q̄ posset incidere dictum nemus debi
to tēpore et non aliter · et q̄ deberet
dictis terras et possessiones dicti tem
mēti colere et arare ad usum boni labo
ratoris · et ista locatio debet durare p
triēnium · Nunc est conductor multio
anno conductionis · Sed in decimo āno
uult incidere nemus qd ceduū est · Que
ritur an fructus seu redditus dicti ne
moris sit diuidendus inter locatorem
et conductorem pro rata āno; Sup
quo uideatis iura que tractant de diui
sione fructuu; soluto matrimonio ·

Item quaeritur an finito tempore lo
cationis debeat dimittere possessionē
in eo statu in quo erat scilicet agris se
minatis ·

Responsio domini Fratisci de deōgus ·

Si iste cui locatio tenimenti facta ē
est colonus partiarius · uidetur quodā
modo socius · ut · l · si merces § · uis mai
or · ff · loca · ea conduc · et · l · idēq̄ · ff · p
socio · Et talis societas cotrahitur ē · ut
colonus operam et industriam suā pre
stet · et alter rem in societatē ponat si
cut dicitur · ff · pro soc · l · v · et · l · si non
fuerat · Sed si ita est · Inconuenies ui
detur q̄ colonus eius tpis quo curam
et operam non prestat · fructuū partē
percipiat · quia ex quo non sustinuerit
onus colendi · laborandi · uel custodiēdi
non debet habere fructus ad similitudi
nem mariti · qa onera matrimonii non
sustinebat · non facit fructus suos · sed
computantur in dotem · ut · l · de diuersi
o re · et · l · si autem · ff · so · ma · e · ff · de iu
re do · l · dotis fructus · Ita uideo i casu
contrario · si colonus migrauerit sibi re
mittitur pēsio pro eo tempore quo nō
fruitur re conducta ut · ff · loca · l · iii · §
colonus · et · l · Item quaeritur · § · exer
citu · et · l · si fūdus in fi · e · ti · Quare nō
ergo ecōuerso · eius temporis quo usus
est re conducta seu locata habeat com
moditatē · et non plus · per · l · sedm na
turā · ff · de reg · iur · Euidentius pro
bo siue iste fuerat colonus partiarius ·
siue qui āuatim · uel in tres ānos tene
batur dare tantum nomine mercedis ·
uel pēsionis agi uidetur cum eo ut · fru
ctus trium āno; tantū percipiat · q̄ re
locata · si aliud expresse non conuenit ·
non anteriorū anno; uel posteriorum ·
hoc est euidentissime uerum · Qualiter
ergo et quo iure uolet colonus fructus
integros cum non tantū sint fructus
trium annorū · sed fructus · x · annorum
scilicet septem precedentiū · et trium
sequentium · Idem uideo in marito · nā
si uxor unam plenam det in dotem ·
uel pecudes proximas fetui · uel tōsure
et tribus mansionibus duret matrimoniu
nunq̄ eo uideamus sola fructuū per
ceptionem et eius tempus · Certe non
sed considerabimus uniuersum tēpus
durationis cōputando principiū quo re
ceperunt usq̄ ad tempus perceptionis ·
ut totum illud tempus quo obuenerūt
fructus inspiciatur · ut · l · diuortio · § · t ·
m · xō · alioquin · et · e · l · § · non solum · xō ·
nam hoc · et sic de tempore ad tempus
potest poni exemplū · qua idem est iu
ris · ut dicta · l · diuortio · § · qd in anno ·
Pone enim q̄ silua fuisset cedua infra
tres menses a die locationis esset ne tu
stum ut colonus integros fructus silue
haberet certe non ut tam dictum est ·
Hoc idem uideo in alio simili · habebat
quis usumfructum in seruo · locat operas
ad quinquēnium ut finito quinquēnio
perciperet pensionem fuitur usufruc
tus ante quinquēnium Certe si nos con
sideremus solum tempus perceptionis ·
qd usque finito quinquēnio diceretur ·
q̄ fructuarius deberet nichil deberēt ha
bere sed solum proprietarius · Sed qa
esset micquid pensionē uniuersi quinque
nii reduci ad solū tempus preceptionis
Ideo lex statuit q̄ pro tēpore quo uxo
ri usufructuarius habeat heres suus · et
pro reliquo p̄prietarius · ut · l · si operas
ff · de usufruc · et · l · defuncta · e · ti · licet
Secus ca ueatur in emptore et uendito
re qui uidetur tantū plus fundū uende
re cum pars solui esse dicatur ut · l · iulia ·
ff · de act · e · p · et uen · Ita credo circa
primum punctū · nisi aliud conuenerint
Circa sed n non reparo lege cautū
in quo statu debeat colonus fundum di
mittere · Sed uidetur ex quo libere ha
buit fructus primi anni q̄ impense fa
cte in arando et seminando debeant re
stitui ad similitudinē mariti ut · ff · so ·
ma · l · fructus · § · sed et impensas q̄ aē ·
Sed i casu nostro dicerem secus tali ra
tionis · quia cum cōductor teneatur usq̄
ad kl̄. Ian tam · debet usq̄ ad id tem
pus agros colere et omnia alia facere · q̄
bonus laboratores facerent · Nam dicit
lex si merces · § · conductor · ff · loca · et
conduc · q̄ ante omnia colonus curare
debet ut opera rustica suo quoq̄ tpe
fiant · alias tenetur · Et si dicat conduc
tor · ego non reciperem fructus · uolo
facere nō auferatur · quia posset sibi obii
ci qd supra dixi · Et dixi repetas expē
sas · et postea quando repetet · fiet sibi
compensatio primi anni sic seminati · ut
ut uidetur textus dicere i dicta · l · fru
ctus so · ma · xō · et si maritus ꝛc · et pro
hoc faciunt uerba ad usum boni labora
toris ·

Responsio domini Ferde · ad multas
consultationes episcopi tudertini ·

C · xi ·

Uestio talis est · An dioce
sanus possit uisitare hospi
talia ifirmoz sue diocesis
habentia oratoria altaria et
campanilia · Ad hoc respondetur q̄
si aliud non dicatur de iure cōi omnia
hospitalia subsunt episcopo in cuius di
oceſi sunt sita · et episcopus curare ha
bet uisitando et non uisitando q̄ ad eū
usum teneantur ad quē sunt instituta
de reli · do · e · m · et · iii · et eo · ti · quia cō
tingit in clemen · Et q̄ possint uisitari
et procurationes ab eis recipi probatur
de ceſi · romana · § · i · li · vi · super · xō · pia ·
et hoc nō · ibidem Io · an · et archidi · Et
q̄ talia loca censeantur ecclesiastica · l ·
quasi probatur d̄ preben · c · per litteras
in clemen · alias frustra quaeritur an ta
lia loca includantur in litteris apostol
eis · Ad idem facit declaratoria do
mini Bonifa · viii · quam fecit super datī
one decime papal · circa principiū · xō ·
de redditibus ubi exemit hmōi loca a d̄
decima papali que exemptio non erat
necessaria si illa loca non pertinerent ·
ad iurisdictionem ecclesie · Si autem
diceretur q̄ non appareret q̄ tale hos
pitale de quo quaeritur fuit deputatum
ad usum infirmorum auctoritate pon
tificali qd uidetur eē necessarium · ad
hoc ut dicatur esse ecclesiasticum · put
nō Innocen · de reli · do · et hostien · ibi

